MASTER
NEGATIVE
NO. 91-80118-7

MICROFILMED 1991

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States -- Title 17, United States Code -- concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material...

Columbia University Library reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:

JUVENALIS, DECIMUS J.

TITLE:

SATIRA JUVENALIS UNDECIMA...

PLACE:

HOLMIAE

DATE:

1857

Master Negative #

91-80118-7

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

87J97
DZ6
v.2

1857

Juvenalis, Decimus Junius. Lat. & Sw.
Satira Juvenalis undecima suethicis versibus expressa. Dissertatio academica quam ... p.p. Gustavus Alfredus Westholm ... Holmiæ, officina typograph. Östlund, 1857.
15 p. 22½ cm.

Westholm's thesis. Upsala.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 MM REDUCTION RATIO: 12x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 7/2/91 INITIALS SM
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT



Association for Information and Image Management
1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202



Centimeter

Inches







MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

no. 2

SATIRA JUVENALIS UNDECIMA

SUETHICIS VERSIBUS EXPRESSA.

DISSERTATIO ACADEMICA,

QUAM

VENIA AMPL. FACULT. PHILOS. UPSAL.

PRO GRADU PHILOSOPHICO

P. P.

GUSTAVUS ALFREDUS WESTHOLM
VESTM. DAL.

IN AUDITORIO GUSTAV. A. D. VIII. KAL. JUN. MDCCCLVII.

H. A. M. S.

HOLMIÆ,
OFFICINA TYPOGRAPH. ÖSTLUND & BERLINGII.
MDCCCLVII.

Eorum, qui apud Romanos ad satiras scribendas se contulerunt, haud scio an Juvenalis primus sit ponendus. Quod quidem non ita dictum volumus, ut aliquid de laudibus Horatii ac Persii detraheremus, nam satis constat, suas cuique eorum fuisse virtutes, (in Horatio enim lepida quaedam venustas, in Persio stoica quaedam gravitas laudatur) sed tamen, si, quale ingenium habere debeat, qui satiras scribere velit, nobiscum reputemus, Juvenalem ad rem ejusmodi quasi natum ac factum esse reperiemus. Nam cum satira in eo versetur, ut ea, quae in vita communi sint prava, notet atque castiget, illud ante omnia satirarum scriptor sequi debet, ut mores hominum ita ad veritatem describat, ut illustris ipsius aetatis exhibeatur imago. Quod ut fiat necesse erit, eum et mentis quadam sagacitate et fervida ingenii vi et summo recti verique studio esse praeditum. Quae omnia in Juvenali fuisse facile ei patebit, quicumque vel aliquantulum satiras ejus cognoverit. Neque vero non amplum quoddam atque magnificum dicendi genus sectatur, quo quamquam fit, ut nimis oratoria illa ornamenta adhibeat, tamen hoc non ei est magno vitio dandum, cum summa illa orationis vis atque contentio, qua ad indignationem profitendam aptissime utitur, talia saepissime desideret. Accedit quod illa, qua fuit Juvenalis, aetate tam foeda fuit morum depravatio, ut eo opus esset, qui omnibus dicendi quasi telis crescentem jam in dies nequitiam vexaret. Sed cum talis esset saeculi ratio, fieri non potuit, quin is, qui tantam morum foeditatem notaret, saepissime ad pristinam illam frugalitatem laudandam revocaretur. Quare non est mirandum plurimis locis Juvenalem veterum illam simplicitatem atque integritatem summis extulisse laudibus, quod etiam in hac satira factum est; qua re non minimum illa commendatur. Sed si quem illud offenderit, quod in rebus obscoenioribus nimio studio commoratus est, illud attenderit, poetam facere non potuisse, quin etiam talia ad veritatem describeret, ut plane esset expressa rei imago.

Atticus eximie si coenat, lautus habetur;
si Rutilus, demens. Quid enim maiore cachinno
excipitur vulgi, quam pauper Apicius? Omnis
convictus, thermae, stationes, omne theatrum
de Rutilo. Nam dum valida ac iuvenilia membra
sufficiunt galeae, dumque ardent sanguine, fertur,
non cogente quidem, sed nec prohibente tribuno,
scripturus leges et regia verba lanistae.
Multos porro vides, quos saepe elusus ad ipsum
creditor introitum solet exspectare macelli,
et quibus in solo vivendi causa palato est.
Egregius coenat meliusque miserrimus horum
et cito casurus iam perlucente ruina.
Interea gustus elementa per omnia quaerunt,
numquam animo pretiis obstantibus. Interius si
attendas, magis illa iuvant, quae pluris emuntur.
Ergo haud difficile est, perituram accersere summam
lancibus oppositis, vel matris imagine fracta,
et quadringentis numis condire gulosum
fictile: sic veniunt ad miscellanea ludi.
Refert ergo, quis haec eadem paret: in Rutilo nam
luxuria est, in Ventidio laudabile nomen
sumit, et a censu famam trahit. Illum ego iure
despiciam, qui scit, quanto sublimior Atlas
omnibus in Libya sit montibus, hic tamen idem
ignoret, quantum ferrata distet ab arca
sacculus. E coelo descendit *Γνῶθι σεαυτὸν*,
figendum et memori tractandum pectore, sive

Lefver en Atticus godt och kräsligt, för fin och belefvad
Hålls han; en Rutilus galning får heta, ty hvilken är utsatt
Värre för hopens skratt än en fattig Apicius? Hvarje
Samqväm, badhus, gator och torg och hela theatern
Ljudar af Rutili namn. Då än ungdomliga lemmar
Mäkta att tyngande hjelm fördraga och pulsarne glöda,
Utan att tvingas dertill af tribunen, men icke förbunden,
Sägs fäktmästarens bud och tyranniska reglor han lära.
Vidare mången du ser, på hvilken gäckade borg'närn
Plägar att vänta på vakt i trakten af hökaretorget,
Nemligen den, som satt sin lefnads mål uti gommen.
Finast bland dessa och bäst den uslaste spisar, som redan
Lutar till fall, som en mur, der springorna lysa i dagen.
Läckergommen likväl elementerna söker igenom,
Priset lägger ej band på hans lust. Om du närmare forskar,
Ser du, att mest han fröjdas af det, som dyrast betalas.
Ej är det svårt att få upp en snart försvinnande summa,
Sätter blott kärl du i pant och din moders krossade bröstbild,
Ej att för hundradetals sestertier smakliga rätter
Bringa på faten: så kommer du hän till fäktarens blandmat.
Allt derpå ju beror, hvem slik anrättning består sig:
Slösare Rutilus nämns, hos Ventidius gifver man saken
Vackrare namn, ty glans af guldet den vinner. Med rätta
Skänker jag den mitt förakt, som vet, hur' mycket är högre
Atlas än Libyens berg, och känner dock icke kanhända,
Hur' stor skilnad det är mellan jernsmidd penningekista
Och den fattiges pung. — Från himlen har kommit "dig sjelf känn."
Prägla det in hos dig sjelf och väg det i tänkande sinne,

coniugium quaeras, vel sacri in parte Senatus
esse velis: nec enim loricam poscit Achillis
Thersites, in qua se traducebat Ulixes.
Ancipitem seu tu magno discrimine causam
protegere affectas, te consule; dic tibi, qui sis,
orator vehemens, an Curtius et Matho buccae.
Noscenda est mensura sui spectandaque rebus
in summis minimisque, etiam quum piscis emetur,
ne mullum cupias, quum sit tibi gobio tantum
in loculis. Quis enim te, deficiente crumena
et crescente gula, manet exitus, aere paterno
ac rebus mersis in ventrem, fenoris atque
argenti gravis et pecorum agrorumque capacem?
Talibus a dominis post cuncta novissimus exit
annulus, et digito mendicat Pollio nudo.
Non praematuri cineres, nec funus acerbum
luxuriae, sed morte magis metuenda senectus.
Hi plerumque gradus: conducta pecunia Romae
et coram dominis consumitur: inde ubi paulum,
nescio quid, superest, et pallet fenoris auctor,
qui vertere solum, Baias et ad ostrea currunt.
Cedere namque foro iam non est deterius, quam
Esquilias a ferventi migrare Subura.
Ille dolor solus patriam fugientibus, illa
moestitia est, caruisse anno Circensibus uno.
Sanguinis in facie non haeret gutta: morantur
pauci ridiculum et fugientem ex Urbe pudorem.
Experiere hodie, numquid pulcerrima dictu,
Persice, non praestem vita vel moribus et re;
sed laudem siliquas occultus ganeo; pultes
coram aliis dictem puero, sed in aure placentas.
Nam quum sis conviva mihi promissus, habebis
Evandrum, venies Tirynthius, aut minor illo
hospes, et ipse tamen contingens sanguine coelum:
alter aquis, alter flammis ad sidera missus.
Fercula nunc audi nullis ornata macellis.
De Tiburtino veniet pinguissimus agro
haedulus et toto grege mollior, inscius herbae,

Vill du dig söka en hälft eller ock i höga Senaten
Ega ett rum (ty ej Thersites ju fordrar Achilles'
Harnesk, i hvilket gick och ståtade präktig Ulysses).
Söker du åter, när risken är stor, att försvara en svår sak,
Fråga dig då och betänk, hvem du är, om du eger den sanne
Talarens kraft eller är, som en Matho och Curtius, skrikhals.
Måttet af egen kraft du känne och städse betänke
Både i fråga om stort och om smått, ja äfven vid fiskköp,
Att ej en rödfisk kittle din gom, när blott till en simpa
Pengar du har. Ty hvad blir slutet, när börsen förkrymper,
Svalget vidgas alltjemt, se'n ärfda kontanter och jordgods
Sjunkit i buken ner, en afgrund mäktig att sluka
Räntor och hjordar och gods och väldiga tackor af silfver?
Efter allt annat till slut från sådane egare skiljes
Ringen, och Pollio går med oprydt finger att tigga.
Icke en plötslig graf och en dödssäng bäddad i förtid,
Utan en ålderdom, långt grymmare, slösaren fruktar.
Här du graderna ser: i Rom man penningar lånar,
Midtför egarens ögon man sedan förstör dem, och derpå,
När knappt något är qvar och ockraren bleknar af fruktan,
Skyndar man, bytande luft, till Bajæ till ostronens hemort;
Ty ej sämre det är att vika från forum än flytta
Bort från heta Subura och hän till Esquiliska kullen.
Ensamt detta den flyktige sorg bereder och ledsnad,
Att de Circensiska spelen ett år umbära han måste.
Blygsel ej färgar hans kind med ett spår af rodnad; blott få nu
Blygseln, alltren för löjet ett mål, qvarhålla i staden.
Finna du skall i dag, om dessa förträffliga läror,
Persicus, verkligt hålla jag skall i mitt lif, mina seder,
Eller en hemlig frossare lik skidfrukter berömmer,
Ropar, att andra det höra, på gröt, men hviskar om kakor.
Ty när du lofvat att blifva min gäst, en Evander du skall då
Hafva till värd, och sjelf du skall vara Tirynthiern eller
Ringare gästen, hvars stam dock upp till de himmelske nådde:
En i lågor till stjernorna hann, i vågor den andre.
Hör nu de rätter, som ej anskaffats från hökaretorget:
Från mitt Tiburtiska gods skall komma den fetaste killing,
Spädast bland hela min hjord, och som gräs ej någonsin smakat,

necdum ausus virgas humilis mordere salicti,
qui plus lactis habet, quam sanguinis; et montani
asparagi, posito quos legit villica fuso.
Grandia praeterea tortoque calentia foeno
ova adsunt, ipsis cum matribus, et servatae
parte anni, quales fuerant in vitibus, uvae:
Signinum Syriumque pyrum, de corbibus isdem
aemula Picenis, et odoris mala recentis,
nec metuenda tibi, siccatum frigore postquam
auctumnum et crudi posuere pericula succi.
Haec olim nostri iam luxuriosa Senatus
coena fuit. Curius, parvo quae legerat horto,
ipse focis brevibus ponebat oluscula, quae nunc
squalidus in magna fastidit compede fossor,
qui meminit, calidae sapiat quid vulva popinae.
Sicci terga suis, rara pendentia crate,
moris erat quondam festis servare diebus,
ac natalitium cognatis ponere lardum,
accedente nova, si quam dabat hostia, carne.
Cognatorum aliquis, titulo ter Consulis atque
castrorum imperiis et Dictatoris honore
functus, ad has epulas solito maturius ibat,
erectum domito referens a monte ligonem.
Quum tremerent autem Fabios durumque Catonem
et Scauros et Fabricios, rigidique severos
censoris mores etiam collega timeret;
nemo inter curas et seria duxit habendum,
qualis in Oceano fluctu testudo nataret,
clarum Troiugenis factura ac nobile fulcrum:
sed nudo latere et parvis frons aerea lectis
vile coronati caput ostendebat aselli,
ad quod lascivi ludebant ruris alumni.
Tales ergo cibi, qualis domus atque supellex.
Tunc rudis et Graias mirari nescius artes,
urbibus eversis, praedarum in parte reperta
magnorum artificum frangebat pocula miles,
ut phaleris gauderet equus, caelataque cassis
Romuleae simulacra ferae mansuescere lussae

Ej har vågat ännu låyt växande videt att gnaga,
Mera försedd med mjölk än blod; och vidare sparris,
Som, när från sländan hon gått, hushållerskan samlat på bergen;
Härtill präktiga ägg, nyss tagna från värmande stråbädd
Och tillika med dem du hönorna finner och drufvor,
Gömda ett halft års tid, men friska, som stocken oss gaf dem;
Och i den samma korg Signinska och Syriska päron,
Äplen af friskaste doft, som täfla med frukt från Picenum.
Intet du frukte af dem, ty vinterkölden förjagat
Höstens skärpa och faran, som låg i syrliga saften.
Förr en Senators kost, och den re'n yppig, var sådant.
Curius lade ju sjelf på tarfliga härden den grönkål,
Hvilken han plockat ihop i sin trädgårdstäppa, en spis, som
Smutsige gräfvaren nu, med black om fötterna, ratar,
Tänkande på hur' godt en svinqved smakar på värdshus.
Torkade ryggar af svin, upphängda på ställning af flätverk,
Fordom var det i bruk för festliga dagar att spara,
Fläsk framtaga för slägtingar blott och på födelsedagar,
Färskt kött bjöd man dertill, när ett offradt djur det förlänte.
En bland slägten, som egt tre gånger namn utaf Consul
Och öfver härar befäl samt heder och rang af Dictator,
Gick till sådant kalas förr'n måltidstimman var inne
Från sitt odlade fält, hembärande spaden på axeln.
Men när man bäfvade än för en Catos och Fabii stränghet,
För en Fabricii bud och en Scaurus, när äfven en Censor
Fruktade mycket utaf medbroderns strängare sinne,
Då bekymrade ingen sig om att forska på allvar,
Hurudan var sköldpaddan, som samm i svallande hafvet,
Amnad till lysande fot för Dardaniske ättlingens soffa;
Utan en simpel säng med sidorna släta och framtill
Prydd af metall bar hufvudet blott af kransade åsnan.
Der sjelfsvåldiga barn af bygden med lekar sig gladde.
Sådan var kosten alltså, som huset och möblerna voro.
Rå var krigaren då, förstod ej att Grekernas konstverk
Skatta och krossade vild bland mäktiga städers ruiner
Herrliga mästares verk, bland bytet vunna pokaler,
Att med smycken hans häst beprydas måtte, och hjelmen
Skulle i upphöjdt verk för fiender, vigde åt döden,

imperii fato, geminos sub rupe Quirinos,
ac nudam effigiem clypeo fulgentis et hasta
pendentisque dei perituro ostenderet hosti.
Argenti quod erat, solis fulgebat in armis.
Ponebant igitur Tusco farrata catino:
omnia tunc, quibus invideas, si lividulus sis.
Templorum quoque maiestas praesentior, et vox
nocte fere media mediamque audita per Urbem,
litore ab Oceano Gallis venientibus, et dis
officium vatis peragentibus. His monuit nos,
hanc rebus Latiis curam praestare solebat
fictilis et nullo violatus Iupiter auro.
Illa domi natas nostraque ex arbore mensas
tempora viderunt; hos lignum stabat in usus,
annosam si forte nucem deiecerat Eurus.
At nunc divitibus coenandi nulla voluptas,
nil rhombus, nil dama sapit, putere videntur
unguenta atque rosae, latos nisi sustinet orbes
grande ebur, et magno sublimis pardus hiatu,
dentibus ex illis, quos mittit porta Syenes
et Mauri celeres et Mauro obscurior Indus,
et quos deposuit Nabataeo belua saltu,
iam nimios capitique graves. Hinc surgit orexis,
hinc stomacho bilis: nam pes argenteus illis,
annulus in digito quod ferreus. Ergo superbum
convivam caveo, qui me sibi comparat, et res
despicit exiguas: adeo nulla uncia nobis
est eboris, nec tessellae nec caculus ex hac
materia: quin ipsa manubria cultellorum
ossea. Non tamen his ulla unquam opsonia fiunt
rancidula, aut ideo peior gallina secatur.
Sed nec structor erit, cui cedere debeat omnis
pergula, discipulus Trypheri doctoris, apud quem
sumine cum magno lepus atque aper et pygargus
et Scythicae volucres et phoenicopterus ingens
et Gaetulus oryx, hebeti lautissima ferro
caeditur et tota sonat ulmea coena Subura.
Nec frustum capreae subducere, nec latus Afrae

Visa en bild af det djur, som Romulus närde, af statens
Öde till mildhet tämdt, och den dubbla Quirinus i grottan
Samt den blottade gud, som sväfvar med sköld och med lans ner.
Allt hvad af silfver fanns, det glänste på vapnen allena.
Derföre satte man fram mjölrätter på Tuskiska lerfat.
Egnadt var allt att väcka din afund, om dertill du böjd är.
Templens helighet grep mer mäktigt de dödliges sinnen,
Midt i staden en röst förspordes i djupaste natten,
Då från sin vestliga strand kom Gallern, och gudarne sjelfva
Togo sig an en siares kall. Så varnade staden,
Så om Latiens väl sig vårdade gudarnes fader,
Än ej med gyllene bild ohelgad, men formad af lera.
Tiderna sågo då bord af hemväxt planka beredda;
Virket till sådant behof erbjöd sig, så ofta som östan
Åldriga valnötsträd med våld kullkastat på marken.
Men för den rike ej nu finns njutning vid kräsliga bordet,
Butta och hjortstek smaka ej alls, åt salvor och rosor
Rynkar han näsan, så framt ej bordets rymliga rundel
Hvilar på elfenben, och en högrest panther med vidt gap,
Gjord af de tänder, som komma till oss från Syeniska passet,
Maurernas hurtiga folk och den mer mörkhyade Indern,
Eller af dem, elefanten har fällt i Nabaternas skogar,
Såsom för stora alltrén och tunga för hufvudet. Häraf
Matlust kommer och kraft åt magen; ty silfverne bordsfot
Är detsamma för dem, som jernring buxen på fingret.
Derföre gästen jag skyr, som stolt mitt väger mot eget,
Aktande ej ett ringare hus; nej icke ett uns jag
Eger af elfenben, ej tärningar, brickor ej heller
Finnas deraf, ja knifvarne ock ha vanliga benskaft.
Aldrig af dessa dock blir anrättningen sämre till smaken,
Och ej heller den höna förskämd, som skäres med dessa.
En förskärare saknar jag ock, som täflar med hvarje
Sådan skola i konst och har lärt hos Trypherus, hvarest
Jufver af väldiga svin och råget, hare och vildsvin,
Skythiska foglar också och vattenfogeln Flamingo
Samt en Getulergazell, den kostliga spisen af almträd,
Skäres med knifven slö, att det ljudar i hela Subura.
Icke en getsteksbit, ej en vinge af Afriska fogeln

novit avis noster tirunculus ac rudis omni
tempore et exiguae furtis imbutus ofellae.
Plebeios calices et paucis assibus emtos
porriget incultus puer atque a frigore tutus:
non Phryx aut Lycius, non a mangone petitus
quisquam erit et magno. Quum posces, posce Latine.
Idem habitus cunctis, tonsi rectique capilli,
atque hodie tantum propter convivia pexi.
Pastoris duri est hic filius, ille bubulci:
suspirat longo non visam tempore matrem,
et casulam et notos tristis desiderat hoedos,
ingenui vultus puer ingenuique pudoris,
quales esse decet, quos ardens purpura vestit;
nec pugillares defert in balnea raucus
testiculos, nec vellendas iam praebuit alas,
crassa nec opposito pavidus tegit inguina gutto.
Hic tibi vina dabit, diffusa in montibus illis,
a quibus ipse venit, quorum sub vertice lusit:
namque una atque eadem est vini patria atque ministri.
Forsitan exspectes, ut Gaditana canoro
incipiat prurire choro, plausuque probatae
ad terram tremulo descendant clune puellae:
spectant hoc nuptae iuxta recubante marito,
quod pudeat narrasse aliquem praesentibus ipsis:
irritamentum Veneris languentis, et acres
divitis urticae; maior tamen ista voluptas
alterius sexus; magis ille extenditur, et mox
auribus atque oculis concepta urina movetur.
Non capit has nugas humilis domus. Audiat ille
testarum crepitus cum verbis, nudum olido stans
fornice mancipium quibus abstinet; ille fruatur
vocibus obscoenis omnique libidinis arte,
qui Lacedaemonium pytismate lubricat orbem:
namque ibi Fortunae veniam damus. Alea turpis,
turpe et adulterium mediocribus. Haec eadem illi
omnia quum faciunt, hilares nitidique vocantur.
Nostra dabunt alios hodie convivia ludos:
conditor Iliados cantabitur, atque Maronis

Undansnilla sig lärt min slaf, en pojke, som sådant
Aldrig försökt och endast är van att snatta en munsbit.
Bägare, som en plebej sig köper för ringaste penning,
Slafven i enkel drägt, för kölden blott skyddad, dig räcker,
Icke en Phrygiens son eller Lyciens, ingen för högt pris
Från slafhandlaren skaffad. Begär på latin hvad du önskar.
Lika är samtlige slafvarnes skick och håret är kortklippt,
Kammadt allenast i dag, högtiden till heder och prydnad.
Son af en rå fårherde är en, oxdrängen en annan
Födde, som sorgsen suckar, att ej på länge sin moder
Skåda han fått, och saknar sitt hem och de älskade lammen.
Ädel är gossen i blick och ädelt blygsam till väsen,
Såsom det höfdes en hvar, som glödande purpurn bekläder.
Icke med skroflig röst och knytnäfsstora testiklar
Går han till badet och låter ej än armhålena rensa,
Skyler ej rädd med ett krus de svällande födsloorganer.
Denne skall gifva dig vin, i kruset tappadt på samma
Berg, från hvilket han sjelf ock kom, vid hvars fötter han lekte;
Ty ej ett annat fädernesland har vinet än slafven.
Kanske väntar du ock det skall bland dansande chören
Tärnan från Gades sig smäktande te, och vid skallande bifall
Flickornas skara med vrickande gump till golfvet sig sänka.
Fruarne skåda på sådant, då männerna hvila bredvid dem,
Hvilket redan berätta man blygs, då de äro tillstädes.
Retelsemedel för domnadt begär, brännässlor är sådant
För den rike; men dock vällusten för qvinliga könet
Är långt större härvid; dess lust mer eggas och hastigt
Sätter sig vattnet i gång vid retning för ögon och öron.
Men i ett tarftigt hus du ser ej sådana upptåg.
Kastanjetternas klang den höre och sånger, som nakna
Skökan i snuskig bordell undviker att sjunga, och den må
Njuta af smutsiga ord och förfinad sinnlighets konster,
Hvilken ett marmorgolf med vinutsprutning befuktar.
Sådant den rike ju lätt tillgifves, men väl för den ringe
Skamligt är tärningsspel och skamligt att hustrur förföra.
Gör allt detta en rik, för fin han kallas och lustig.
Nöjen af annan art skall i dag min bjudning dig skänka.
Ilias' skald skall ljuda för dig och sånger af Maro,

V. 6, 7. Dicunt eum consumtis bonis sponte operam esse gladiaturæ daturum, quum quidem non esset ad hanc rem coactus a tribuno, quippe qui nondum ejus rem familiarem creditoribus addixisset, sed tamen ab eo nullo modo prohibitus, ne id sponte faceret, quod mox necessarium fore omnes intelligerent. Præterea vide quæ affert Rupertius ad hunc locum, cujus tamen explicationi prætulimus eam, quam dederunt Duentzer (in conversione Germ.) et Major (Juvenal. Satir. XIII, Cambridge 1853).

V. 25, 26. Colon post *montibus* a multis positum delevimus, quum intima ratione enuntiatio illa *hic tamen idem* etc. cum præcedente cohæreat. Conjunctivus autem in secunda enuntiatione ideo positus est, ut conditionalis quædam vis in eo insit = *quum* vel *si hic idem ignoret*. Vide Heinrich. (Juvenal. Satir. cum Comm. Bonn. 1839).

V. 38. *Crumena* retinuimus, quia sic gravior fit oppositio.

V. 63. Hercules in Oeta rogi ignibus ad coelum elatus, Æneas in flumine Numicio periisse dicitur. Vide Livium I, 2.

V. 70. *Tortoque calentia foeno*, h. e. recentia, modo sumta e nido calenti. Rupert.

V. 82. Cfr. Petron. Satir. 31. tomacula supra craticulam argenteam ferventia.

V. 95, 97. Lectum tricliniarem hic significari facillime patet, cujus anterior pars nisi lamina æris non ornata fuerit, et latus simplex atque omnibus ornamentis destitutum. Aselli autem caput ideo adjunctum erat, quod asinus pampinos prærodendo homines vites putare docuisse credebatur atque ita vini suavitatem invenisse. Cfr. Rup. ad h. l.

V. 107. *Pendentis* Heinrichio significare videtur Martem ad Iliam venientem. Ceteri fere omnes *ad ictum se inclinantis* vel tale quid interpretantur. Nos vero non tantum nobis tribuimus, ut inter illos dijudicemus.

V. 124—26. *Syene* urbs in confinio Ægypti atque Æthiopæ sita; Æthiopiæ autem elephanti laudantur. *Nabathei*, qui Arabiam Petræam incolunt.

V. 136. Sqq. Structores vel ii, qui artem struendæ mensæ docebant, simulacris ciborum ex ulmo confectis utebantur, quorum partes essent leviter connexæ. Ex. Rup.

V. 156. Quum sit integer innocensque puer, nihil obscoeni habet cognitum neque lascivorum adolescentium moribus adsuevit.

V. 164. Post hunc versum inseruimus v. 200 et 201, quia huic loco multo melius convenire videntur. Præterea in hac re auctores secuti sumus Jahnium, Heinrichium, Majorem; neque vero non in una codice ita est scriptum.

V. 175. *Lacedæmon. Orbis* signif. pavimentum ex marmore Tænario. *Pytisma* ductum est a *pytissare* „vinum gustandi caussa haustum exspuere".

V. 193, 194. *Megalesia* ad honorem Cybeles celebrabantur mense Aprili. Quorum committendorum prætor mappa signum dare solebat.

V. 198. *Viridis panni*. Factioni enim prasinæ plurimi favebant.